



Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectae

Sandini, Antonio

Bambergae, 1753

CCVIII. Martinus V. Anno Christi 1417. Sigismundi Regis 7. Emmanuelis II.
34.

<urn:nbn:de:hbz:466:1-65477>

CCVIII.

MARTINUS V.

ANNO CHRISTI 1417.

SIGISMUNDI REGIS 7. EMMA-
NUELIS II. 34.

MARTINUS V. *Odo de Columna*
 antea dictus, magnâ Christiani Rayn. an.
 Orbis lœtitiâ anno 1417. III Idus 1417.
 Novembr. Sessione 41. Concilii Con- §. 2.
 stantiensis Pontifex electus est a Car- Spond.
 dinalibus unâ omnibus, qui Joanni §. 7.
 XXIII. Gregorio XII. ac Benedicto
 XIII. studebant, numero tribus &
 viginti, aliisque viris spectatissimis
 triginta, qui juxta decretum Sessione
 40. præcedente sancitum admissi fue-
 rant in Conclave, daturi operam Rayn. an.
 Pontifici legendo. (1) Hic, absolu- 1418.
 to Concilio Constantiensi, hanc pri- §. 3
 mam fecit curam suam, ut errori- Spond.
 bus Vicleffi, Joannis Hussi, & Hie- §. 8.
 ronymi Pragensis extinctionem affer-
 ret. Nec interim ea neglexit, quæ Rayn. an.
 pertinent ad munus Principis supre- 1420. §. 9.
 mi. Namque pervicit, ut Bracccius Spond.
 Dux Perusinus occupatas Ecclesias Ur- §. 9.

Hh h 2 bes

bes restitueret : & Bononienses, qui
auctore Antonio Bentivolo jugum
excusserant , coëgit redire sub jus,

Rayn. an. Romam redux *Jubilæum* ex lege Ur.

1423. §. 1. 4 bani VI. an. 1423. celebravit haud

Spond. magnâ tamen populorum frequen-

§. 1. 2. 3. tiâ , propterea quod Italia , Gallia,

Rayn. an. atque Germania bello arderent. Idem

1424.

§. 4. 5. vetuit , Cardinales Regum , ac Prin-

cipum esse patronos. Idémque ex

decreto Concili*u* Constantiensis edi-

to Sessione 44. Ticini inchoavit Con-

cilium generale , quod deinde trans-

latum Senas justis de causis postea

Rayn. an. dimisit, alio indicto Basileam celeb,

1431. §. rando post annos septem. Anno itaque

1. 2.

Spond. 1431. legavit Julium Cardinalem Ca-

sarinum , qui Concilio præfesset. At

§. 2. 3. intervenit coepitis mors. Obiit enim

X. Kal. Martii , cùm annos tredecim,

mensis tres & dies decem Summo Sa-

cerdotio præfuiisset. (2)

ANNOTATIONES.

(1) Eo decreto , ut est apud Labbeum
tom. 12. Conc. pag. 244. statutum fuerat
ut hâc vice Cardinalibus adjungerentur
sex Prælati , vel aliae honorabiliores per-
sonæ Ecclesiasticæ in sacris Ordinibus con-
stitutæ , de qualibet natione in eadem syno-

do pro tunc existentes, quos, seu quas quælibet ipsarum nationum pro se ad hoc infra dictem dies elegisset, utque nemo haberetur pro vero ac legitimo Pontifice, nisi quem duæ tum Cardinalium, tum delegatorum partes cooptâissent.

(2) Auctor Gallus apud Dominicum Berninum in Historia hæresum omnium tom. 4. Sæc. XV. cap. 5. pag. 70. Bullam Cœnæ tempore Martini V. cœpisse anno 1420. quando in Constantiensi Syndodo Bohemorum hæreses proscriptæ fuere, docuit olim Dominicus à Soto (non tamen Cardinalis Toletus, ut falso ei imponunt aliqui) hoc unico fretus fundamento, quod Angelicus, aliisque prisci Scriptores altum de ea re silentium servaverint. Cæterum non Martino tantum, sed & Clemente V antiquiorem ipsam esse, eruditorum est constans opinio: idque ex eo potissimum evincunt, quod ipse Clemens V. in Clem I. De Judiciis palam fateatur, quibusdam solemnibus anni diebus (die Jovis Hebdomadæ Sanctæ, Ascensionis Domini, & Dedicationis Basilarum Petri & Pauli) Romanos Pontifices generales quasdam processus facere consuevisse ubi observeatur Glossa, quæ huic opinioni favet. Vigiisse autem banc Bullam ante Urbanum III. & Clementem IV. & V. canon

Hhh 3

con-

contemnenda conjectura est, quod Ostuni-
sis D. Thomae contemporaneus, imo &
antiquior (floruit enim circa annum 1254)
expressè hujus processus meminit in tit. de
Crim. falsi I. s. §. Qualiter committa-
tur verf. Porrò.

Non tamen tot, quot nunc habet, con-
tinebat Canones, sed datis occasionibus à
Martino V. Paulo II. Sixto IV. in Ex-
trav. Et si Dominici gregis, Leone
X. Paulo III. Julio III. Paulo IV. Pio
V. Gregorio XIII. & aliis variae adje-
ctiones factæ sunt. Multos casus contentis
in processu Bullæ Cœnæ notatos fuisse
censuris jure antiquiore ipsis Clementinis,
nemo, quamvis leviter Canonum notitiae
pollens, est qui ignoret; cum tam multi
habeantur Canones De percussoribus Cle-
ricorum, de molestantibus Romipetas, de
hæreticis, de deferentibus ad hostes pro-
hibita, de imponentibus pedagia, &c.
in Decreto & Extra.

Quod usum hos casus solemniter prohi-
bendi, si de annuali queratur, verosimi-
le puto non esse morem Martino V anti-
quiorem; si de illo, qui ter in anno siebat,
incertissimum est initium, sed indubitanter
Urbano IV. antiquius, id est ante annum

1260.

dah

1260. est studiosorum commune placitum
Vide Spondanum ad an. 1410. § 6.

Raynaldus ad an. 1431. §. 2. Fædissimæ
infamiae labem inferunt Martino hæretici,
ducti auctoritate Angeli Clavasii in Sum-
ma, dum ajunt, Martinum legem de
Conjugiis soluisse in primo gradu, ut qui-
dam cum sorore connubium iniret. Verum
hæc ab adulteratore litterarum Apostoli-
carum conficta, certum est.

Alio modo Nat. Alexander in Hist.
Eccl. Sæc. XV. & XVI. cap. I. art. 3.
Martinus dispensavit duntaxat cum homi-
ne, qui fæminam duxerat, cuius sororem
constupraverat. Cuius affinitatis impedi-
mentum solvere posse Summum Pontifi-
cem, cum nec Juris Naturalis sit, nec
divini, omnes Theologi & Canonici Juris
interpretes docent. Quanquam S. Antoni-
nus 3. part. Sum. tit. I. cap. II. testetur
eadere variè tunc à Doctoribus fuisse di-
sceptatum: ideoque dispensasse Martinum V.
quod fornicatio esset occulta, & vir ille
Monasticæ professioni aut longinque pere-
grinationi impar esset, & gravia ex divor-
tio scandala secuta fuissent.